Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35040
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

uos uos terra absorbet indignus parcit qui
diutissime distulit infinitis modis nos
premonuit gladium eiusmodi nec statim
percussit peccatores sepissime seu suavissime ten-
git adhuc paratus est subsistere nec ultra
in ira et furore senire si non negligentius
emendare. Et hoc ipsum quoque continue pareat
est ut a prioribus tractatum est videntur

Opponens

Videamus ultra de quo est. Ista si est vera ecclesia
possit simpliciter dici corrupta et meretrix et fatua

Respondens

Absolute et simpliciter non est sic dicenda quia denominatio
talis capitur a forma ratione cuius est integra casta
sapiens et tota pulchra sed sic dicitur modificative
ad denominationem ut quod dicatur corrupta id est violata
personis que malis moribus et meretricio contemptu
suo sponso et amplexibus dyaboli et fatua quia
fatue agentes nullum inquirentes in modo quod expedit
sepe sit eam caritative reclamare propter
emendationem

Opponens

Ex quo tamen complurimum a pluri sit denominatio cum plures
sunt mali quam boni ecclesia debet absolute dici
mala et non bona

Respondens

Iam dixi quia non a partibus malis denominatur ecclesia
bona sed a sua forma quod si a suppositis denomi-
naretur nec sic a malis esset absolute dicenda
mala quia non a pluri numero sed a pluri perfectione
hoc est a principaliori fit denominatio et quod perfectius
intenditur magis denominat quam quod sit quod in bonum
bonum aut perfectius intenditur et habitus magis de-
nominat quam privatio malum aut est privatio boni

Opponens

Multa sunt scismata in ecclesia igitur non vide-
tur bona quia est contra correlativum communem fide